

Zusatzübung 5

Stufenübung

1a res illa convenire nullo modo poterat.

1b deinde Romae dies triginta fere Quinctius commoratur.

1c hic mediocrem iacturam facere cupiebat, iste mediocri praeda contentus non erat.

2a acerbum est ab aliquo circumveniri, acerbius a propinquo.

2b indignum est a pari vinci aut superiore, indignius ab inferiore atque humiliore.

2c miserum est exturbari fortunis suis, miserius est iniuria.

3a negamus te bona Quincti possedissee ex edicto praetoris.

3b dicebam huic Roscio mihi perdifficile esse contra tales oratores causam perorare.

3c docui eo die ne Romae quidem eum fuisse.

4a quae omnia adesse atque impendere videntur neque vitari ullo modo posse.

4b hoc recte atque ordine factum videtur.

4c tu id semper facis, quod in hac causa videor posse facere.

5a haec omnia Quinctius agebat auctore et consuasore Naevio.

5b emisti bona Alfeni L. Sulla dictatore vendente.

5c Quinctius accepta insigni iniuria confugit ad C. Flaccum imperatorem.

6a multis vexatus contumeliis, plurimis iactatus iniuriis ad te confugit.

6b non nemo aut ignominia adfectus aut iudicio turpi convictus bonis suis utitur.

6c ab illo repudiatus, ab amicis eius non sublevatus habet neminem praeter te.

7a vereor, ne se derideri putet.

7b obsecro, ut diligenter attendatis.

7c quaeso, ut eum diem memoriae mandetis.

8a tum mihi Roscius alia multa confirmandi mei causa dixit.

8b hi antea versabantur in salute atque auxilio ferendo.

8c bonorum emptores conveniunt ad reliquias vitae lacerandas et distrahendas.

9a potentes, disertis, nobiles omnes advocandi sunt.

9b qui deus appellandus est? cuius hominis fides imploranda est?

9c eam rem vehementer vindicandam putavit.

10a neque quisquam inventus est, qui violare P. Quincti existimationem absentis auderet.

10b ita fit, ut ego, qui tela depellere et vulneribus mederi debeam, id facere cogar.

10c quis hoc statuit, quod aequum sit in Quinctium, id iniquum esse in Naevium?